

*43. Instrumentum venditionis
di Luca Ferretta in favore di
Tommaso, figlio di Tinnello de
Granarro (ovvero de Granno)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*43. Instrumentum venditionis
di Luca Ferretta in favore di
Tommaso, figlio di Tinnello de
Granarro (ovvero de Granno)*

1340-03-06

(c. 42r) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno eius millesimo tricentesimo quatragesimo, regnante serenissimo domino domino nostro Roberto Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apule# et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno tricesimo primo feliciter amen, die sexto mensis martii, ottave indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos Iulianus de Raymundo ditte civitatis Potentie iudex, Nicolaus de Gaudiano de eadem civitate, publicus ubilibet per provincias Principatus citra serras Montorii, Basilicate et Terre Bari regia autoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico declaramus atque fatemur quod, constitutus in nostri presentia Lucas Ferretta // (c. 42v) de Potentia, bona eius libera et spontanea voluntate alienavit, vendidit, traddidit et per fustem assignavit Thomasio filio Tin(ne)lli de Granarro de ca(sa)li Potentie, presenti ibidem coram nobis ementi, volenti et recipienti pro se et suis heredibus inperpetuum: tertiam partem pro indiviso unius petii de terra, cuius terre reliquas duas partes esse dixit heredum quondam Dionisii de Grando ac ditti emptoris. Et que se omnia ipsa petia et terra sita est in tenimento Potentie, in contrata Mili Cotoni, cuius terre hos dixit esse fines: ab una parte tenent heredes quondam Guarnerii de Grando et Nicolaus de Grando et ab alia parte tenent dominus Aymarius de Lacupensili et Rogerius Folletta et ab alia parte est vallonus Mili Cottonii et si qui alii sunt confines. Et tertiam partem por <sic> indiviso cuiusdam alterius petii de terra sita in eodem tenimento, in contrata Fontis dela Ferrame(n)ta, cuius petie de

terra reliquas duas partes esse dixit dittorum heredum dittorum Ansaysii de Gratiano ac ipsius emptoris et fratrum; cuius petie de terra hos dixit esse fines: ab una parte tenet dominus Matteus de Sirumpis, ab alia parte tenent dominus Aymarius et Rogerius Foletta preditti, ab aliis duabus partibus tenent Nicolaus de Grande et heredes predittorum Iacobi et Guarnerii de Grando. Item partem contingentem ut dixit eundem ven[d]itorem quarundam terrarum quas habere // (c. 43r) in comuni et pro indiviso cum heredibus ditti quondam Ansaysii et eodem emptore et fratribus, que tota predicta petia de terra sita est, ut dixit, in ditto tenimento Potentie, in contrata Mili Cotoni, cuius hos dixit esse fines: ab una parte est dittus vallonus Mili Cotoni et ab alia parte tenent heredes ditti quondam Guarnerii de Grando et prefatus Nicolaus de Gratiano et ab alia parte tenet Rogerius Foletta. Item partem tangentem eundem venditorem, ut dixit, cuiusdam petie de terra site ut dixit in tenimento Potentie in contrata Teze, citra ipsum flumen Teze, quam habere se dixit in comuni et pro indiviso cum Nicolao de Gratiano preditto, heredibus ditti quondam Iacobi de Gratiano et heredibus ditti quondam Ansaysio de Grande; cuius terre hos dixit esse fines: ab una parte est flumen Tere, ab alia parte tenet dominus Aymarius et ab alia parte tenent heredes quondam notarii Andre#. Item partem contingentem ipsum venditorem, ut dixit, cuiusdam petie de terra quam habere se dixit in comuni et pro indiviso cum preditto Nicolao de Grande, heredibus quondam Ansaysii et heredibus quondam Iacobi de Gratiano, que tota ipsa terra sita est ut dixit in tenimento Potentie, in contrata Fontis de Cannis, cuius terre hos dixit esse fines: ab una parte tenet dominus Angelus de [..]lioi, ab alia parte tenet Franciscus de notario Andrea et

ab alia parte tenet iudex [G]ube[rn]al] de Amindolaet si qui alii sunt confines. Item partem contingentem eundem venditorem, // (c. 43v) ut dixit, cuiusdam petie de terra site ut dixit in tenimento Potentie, in contrata Matina de Riusto, quam habere se dixit in comuni et pro indiviso cum predittis Nicolao de Gratiano, heredibus quondam Ansaysii et heredibus quondam Iacobi de Gratiano, cuius terre hos dixit esse fines: a duabus partibus tenet ecclesia santi Gerardi, ab alia parte est via puplica et si aliqui sunt confines. Item partem contingentem eundem venditorem, ut dixit, cuiusdam petie de terra quam habere se dixit in comuni et pro indiviso cum preditto Nicolao de Gratiano, heredibus quondam Ansaysii, heredibus quondam Guarnerii, heredibus quondam Iacobi de Grando et ditto emptore et fratribus ac Nicolao Rahonis de Novella, que tota ipsa petia de terra sita est ut dixit in tenimento Potentie, in contrata Runisto, cuius hos dixit esse fines: ab una parte tenet dominus Angelus de Madio, ab aliis duabus partibus tenet Barionas de Madio et si qui alii sunt confines. Item partem contigentem, ut dixit, eundem venditorem cuiusdam alterius petii de terra quam habere se dixit in tenimento Potentie, in comuni et pro indiviso cum predittis Nicolao de Grande, heredibus quondam Guarnerii, Iacobi, Ansaysii de Gratiano ac ditto emptore et fratribus et prefato Nicolao Rahonis de Novella, que tota preditta petia de terra sit[a] est ut dixit in [ditto] tenimento in in contrata Rivisti <sic>, cuius hos dixit esse fines: a duabus partibus // (c. 44r) tenet Andreas de Retterio, ab alia parte tenet Garionas de Madio et si qui alii sunt confines, una cum viis suis ibidem intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis iuribus, rationibus et pertinentiis suis ad habendum, tenendum et possidendum, utifruendum, alienandum, vendendum,

donandum, legandum, permutandum et faciendum exinde omnia que ditto emptori vel eius heredibus facere placuerit. Pro qua quidem alienatione, venditione et traditione dittarum terrarum idem venditor in nostri presentia sponte confessus fuit et contentus se manualiter recepissee et habuisse ab eodem emptore uncias duas in carlenis argenteis, sexaginta per unciam computatis, totum silicet pretium venditionis ipsius, renuntians super hiis predittus venditor in nostri presentia pro se et suis heredibus ecce(pte)oni doli mali, vis ac metus, ecce(pte)oni non numerate pecunie, non recepte et non [a]ssignate ac non elette et non ponderati argenti, legi rem maioris pretii positi, Codice de rescindendo venditionem <sic> et legi rescissorie qua deceptis ultra dimidium iu[s]ti pretii subvenitur, iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et penam in contrattibus non apponi debere et apponita <sic> non valere, nec exigi debere et omni alii iuris et legum auxilio quibus suffragantibus contra preditta vel aliquid preditorum contra prenominatum emptorem vel heredes suos per ipsum venditorem vel heredes // (c. 44v) suos venire possit, promittens et obligans se predittus venditor eiusque heredes et bona sua omnia mobilia et stabilia, habita et habenda, ullo unquam tempore per se vel heredes suos seu alium vel alios eius nomine ipsi emptori vel eius heredibus molestiam seu circui/tionemo de dittis terris non inferre, nec inferenti consentire, sed terras easdem defendere et ante stare ab omni homine omnique persona et predittam venditionem et omnia et singula supraditta perpetuo rata et firma habere, tenere, non contra facere vel venire per eum vel eius heredes, aliqua causa vel ingenio, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de fatto, sub pena

dupli ditte pene, quantitatis medietate ipsius pene ditto emptori vel eius heredibus persolvenda, reliqua medietate curie regie seu reginali, ditto emptore pro se et suis heredibus et me preditto notario pro parte ditte curie penam ipsam stipulantibus. Et eadem pena soluta vel non, preditta omnia et singula in eorum nichilominus robore perseverent; pro quibus omnibus et singulis attendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis [dittus] venditor in nostri presentia eidem emptori presenti recipienti corporale prestatit ad santa Dei evangelia iuramentum. In cuius rei testimonium et ditti emptoris et heredis <sic> eiusque cautelam, ad preces ipsorum contrahentium, presens exinde confectum est puplicum instrumentum scriptum per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, subscriptione mei qui supra iudicis et testium subscriptorum subscriptionibus // (c. 45r) roboratum.

1

2

3

4

5

6

Così S qui, nel doc. n. 44 Granno

Così S per Gratiano, come si desume dal prosiegua del doc. e da testimonianze coeve (qui e in seguito)

Così S verosimilmente per et tota omnia ipsa petia de terra

Così S probabilmente per domini

Così S qui, di seguito Tere

Così S qui e di seguito per Rivisci

8

7

8

9

10

Quod scripsi ego prefatus Nicolaus de Gaudiano de Potentia puplicus ut supra notarius, qui premissis rogatus interfui et meo consueto signo signavi. Ego Iulianus de Raymundo iudex civitatis Potentie qui supra Ego Franciscus de notario Andrea interfui Ego presbiter Sergius de Scala clericus maioris ecclesie Potentine interfui Ego iudex Tubernal de Amindola interfui Ego Matteus de Bono Pascali interfui Ego Matteus de Goffa testis interfui

11

Così S per Gratiano, come si desume dal prosiegua del doc. e da testimonianze coeve, qui e in seguito

Così S per Gratiano, come si desume dal prosiegua del doc. e da testimonianze coeve, qui e in seguito

Così S qui e di seguito per Rivisci

Così S per Barionas

Così S per Gubernat